





1770

7
1698
M 8.7
M-

C. D. E. A. C.

DISSERTATIO POLITICA

BELLO ET PACE

QUAM
DUCE ATQUE AUSPICE SUMMO BEL-

LI PACISQUE MODERATORE, DEO,

SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI

M. CONRADI *Zewenfeldt*

DANTISCANI FAC. PHILOSOPH.

ADJUNCTI

Publicæ Disquisitioni exhibet

THOMAS GROTE

NOB. LUNEB.

Ad d. XXIII. Mens. August.

DE BEL. IN. C. M. D. C. XLVII.

Horis Antemeridianis

IN AUDITORIO VETERI

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS ROHNERI, Acad. Typogr.

THOMAS GROTE



*Plurimum Reverendo, Generoso, Magnifico, Serenissimo
ac Nobilissimis Viris*

Dn. JOHANNI GROTEN, Augustissimæ Coronæ Sueciæ, Ductori Legionis emerito:

Dn. EBERHARDO GROTEN, Nobilissimi Canobio quod Luneburgi ad S. Michaelem est,
Priori & Seniori:

Dn. THOMÆ GROTEN, Illustris Brunsvic. & Luneburgensi Duci à Consiliis intimis & Propatori meritissimo; Propatri suo:

Dn. ERNESTO JULIO GROTEN,

Fratribus Germanis conjunctissimis in Brese,
Stilhorn, Faekensfelde & Wesebüttel &c. Toparchis.

*DOMINO Parenti & DOMINIS Patruis, Patronisq;
suis summo semper cultu obsequioq; devenemendis.*

Hanc
DE BELLO ET PACE DISPUTATIONEM
Politicam

Pietatis & debita reverentia ergo

D. D. D.

SUMMIS V. nec Intermorituris

Virtutibus deditissimus

THOMAS GROTE



J. C. N.

Thes. I.



Ac vice de Bello & Pace agere & quantum ea Ampl. & Conserv. inserviant declarare nobiscum constituimus. Tractatio de bello expediet 1. Definitionem. 2. Divisionem. 3. Opposita 4. Cognata 5. Effecta. Ita verò hac pertractare animus est, ut visa belli natura qua ex his 4. constabit, appareat; quodnam Bellum Reipub. conservationi & Amplificationi & quantum inservire justè atq; licitè possit. Bellum est dissidium armatum duorum exercituum. Dn. Wendler. Sive, Bellum est actio hostilis à Magistratu ad injuriam depellendam vel vindicandam vi armisq; contra hostes legitimè & prudenter suscepta & administrata, pacis retinenda vel consequenda causa. Ita ferè Obrechtus, Covarruv. Bocer, Althus. Pol. c. 35. N. 1. definiunt.

Sunt qui aliter Bellum definiunt Lipsi us. 5. Pol. 3. quem S. 1. sequitur à Contzen 10. Pol. c. 2. dicit, Bellum esse vim & arma in Principem aut populum alienum. Danæus ex Gellio. l. 1. Noct. Attic. c. 25. ait: Bellum est totum discordiæ tempus & actio duorum dissidentium populorum, nulli communi Magistratui parentium, vi & armis causam controversam disceptantium. Keckerman. System. Pol. l. 1. c. 29. quo cum ferè convenit Grotius l. 1. de J. B. & P. c. 1. N. 9. dum ait; Bellum est status Reipub. affectus seu turbatus tam & parte Principis, quam subditorum atq; aded pertinens tam ad Principem. quam ad subditos. Alii aliter. Pri-

A 2

mâ Lipa

mā Lipsi ferè convenit cum nostris. *Secunda* insufficientis est, intestina enim bella omittit. *Tertia* 1. confundit actionem Reipubl. cum statu ex actione illa profecto sc. corrupto. 2. Inconveniens est, quia non omne bellum infert turbas Reipub. in primis si ad illa attendamus, quæ apud exteros geruntur & alienis nituntur viribus. Nos adhæremus illis definitionibus in ipsa Thesi positis & posteriorem examinabimus, quia plenior est priore. Sunt autem quædam spectanda quoad Definitum, quædam quoad Definitionem.

§. 2.

Definitum est Bellum, cujus notanda 1. Etymologia Bellum Festo dicitur quasi Bellum, quia belluarum maximè propria sunt dissidia. Bellum horrenda bellua est, quæ innumeris sagittis sugit cruorem morientium & gladiis carnem secatur ac viscerationibus pertusum ventrem sarcire conatur, nunquam autem etiam temulenta satiatur; inquit *Adam à Contzen c. l. Prisciano* bellum per ἀνίσφρασις est quasi minimè bellum, propter multa incommoda *Tholozan. 11. de Republ. c. 12. N. 5.* Calamitatum bellicarum ideam videre licet apud *Salust. in conjur. Catil. & in Jugurtha, Hugon. Falcand. de calam. Sicilia. Baud. Orat. p. 149. 164. 165.* aliosq; Alii bellum interpretantur per vocem Bonum, quia per se bonum est & pacis gratia aut alius boni causa instituitur. Omnis autem malitia per accidens è bello oritur. Sed hæc allusiones sunt potius, quam derivationes. *Varro. Scaliger. Poet. l. 3. c. 9. Hugo Grotius de J. B. & P. l. 1. N. 2.* putat Bellum dici ex veteri voce Duellum, uti, duonus quod fuerat, factum est bonus & dui, bis. Sed neq; hæc satis apta est, cum verius vox duellum à voce bellum descendat: præcipuè verò, quia nec assertionis ratio ex antiquitate producitur, nec exempla similia ad rem probandam producantur. Verius cum *Bocero & Connano* Bellum à voce βέλος telum descendere dicitur, quia telis utrinq; bellum geritur. βέλος enim est à βάλλειν jaculari. Hinc & vox βελλώνη quæ *Arnobio l. 1. c. gentes, m. p. 9.* appellatur, Dea bellis perfecta; Græcis θεὰ πολεμική *Elmenborst. ad Arnob. l. 1. m. p. 15.* Hinc *Pausus* Deus qui moram & quietem bellis injiciebat, adverbatur bellis apud *Ethnicos, Turneb. l. 15. advers. c. 15.* Hinc etiã voces *Bellonarius, Bellonæ ministri Horat. l. 2. sat. 3. Bellonæ ædes &c.*

des &c. Unde si è vocum cognatione judicandum, probabile omninò videtur, vocem utramq; Bellum & Bellóna esse Græcam origine. 2. *Homonymia*. Bellum vulgò dividitur in bellum injustum & justum, quæ divisio æquivoci in æquivocata est. Siquidem injustum bellum propriè loquendo bellum nuncupare non possumus, uti quod potius latrocinium, aut seditio, aut rebellio, aut Tyrannis, simileq; nomen meretur, cujus rei declaratio ad *Th. 2.* apparebit. Proinde justum bellum propriè dictum bellum esse autumamus, in quo quatuor hæc sunt requisita, 1. Bona intentio 2. Justæ causæ, 3. Personæ belligerandi potestate præditæ 4. legitimus belligerandi modus. Horum uno desiderato vix actio hostilis pro bellicosa habenda venit. In hac acceptione, quatenus pro justo fumitur bello, iterum oritur ambiguitas, dum non pauci Politicorum bellum sumunt pro statu bellico, quæ acceptio quoq; vulgaris est. Plurimi iterum pro actione bellica. Verum quia status bellicus Reipub. actionum hostilium potius effectus aut consequens dicitur, vix ulla dubitandi relinquatur occasio ulli asserenti, quod bellum propriè pro actione bellica, tropicè per Metonymiam pro statu belli sumatur. Hinc noranda est meritò. *III. distinctio quarundam vocum à voce belli.* Tales sunt 1. *Status bellicus* 2. *ratio status bellici.* Vox verò hæc ambigua est, æquè uti vox illa ratio status sumitur 1. pro statu bellico 2. pro jnte quodam singulari contra rationem juris & tenorem rationis ex ultima necessitate status bellici proficiscente. Germanis *Kriegs raison.* Confundunt alii hanc vocem, ratio status bellici, cum voce, Jus belli & ratio belli; nam hæc ipsam belli actualem administrationem significat, illud autem justitiam ipsumq; belli apparatus præ se fert. *Canonberus ad Tacit. mibi p. 52. 53.* Multarum alias iniquitatum sæpissimè vox hæc exstitit mantellum, cum & pestilentissima consilia & actiones ipsæ pietati ac honestati adversantes sub specioso rationis status aut *Kriegs raison* titulo excusari sæpè ex Veterum & modernorum seculorum monumentis abundè constet. 3. pro ipsa Reipub. alicujus seditiosa ac turbulenta conditione, periculorum plenissima & ferè ad exitium Reipub. proclivi, è qua jus illud extraordinarium, quod

A 3. quoq;



quoq; aliquibus voce rationis status venit, ejusdemq; usus ac exercitium proficiscitur. 3. *Differt Belli vocabulum à seditione rebellione, Tyrannide & duellò.* Hæ voces omnes à dicta voce verè differunt, quamdiu illa hac mente, quam interpretatus sumus, acceptatur.

S. 3.

De genere belli.

Definitionem quod attinet illa agnoscit 1. Genus quod est actio hostilis. 2. differentiam quæ petita est 1. à causa efficiente principali, Magistratu 2. à minus principali *æ.* impulsiva, estq; hæc injuria vindicanda & depellenda β instrumentali ad quam spectant Vis & arma 3. ab objecto, Obj. sunt hostes. 4. à modo suscipiendi & administrandi. 5. à fine, qui est, pax retinenda vel consequenda & consequenter salus publica. Ordine hæc examinabimus. *In definitione dicitur 1. quod bellum sit actio hostilis.* Est enim inter hostes illa actio. Nihil huic generi obstat, quod Keckerm. c. l. urget, Bellum non esse unam actionem, sed pluriùm actionum colluviem, item, Bellum esse genus imperfectum ac perfectè definiri non posse. Quoniam (1.) Actiones causarum sociatarum stant pro una actione æquè uti causæ sociæ pro una stant. Nec (2) in definitione belli rigorem perfectæ definitionis persequimur, cum nobis sufficiat, bellum ita definivisse, prout definiri potest.

S. 4.

De causa efficiente principali Bellum.

Quod 11. à Magistratu sc. summo, (h. e. Majestatem possidente) suscipiatur, nimirum ordinariè. *Plato 12. de lege, Si quis, inquit, privatim sine publico scitu pacem bellumq; fecerit, capitale esto.* Is verò dicitur hoc in loco Magistratus summus, qui summam habet potestatem, sive ejus temporaria tantum sit possessio, seu perpetua, seu mas seu foemina, seu unus sit seu plures uno. Nam & illi, qui ad tempus tantum potestatem summam exercent, uti Dictatores Romanorum, intra tempus suum omnes Majestatis actus ita exserunt veluti Rex, Optimates, Populus aut Status, qui pleno jure gubernant perpetuò Rempub. Idem enim est ubiq; effectus, utut, si de dignitate loquamur, Magistratus perpetuus temporario omni jure præferendus sit. Ex his colligere licet, quod in Monarchia seu Regno soli Regi ordinariè bellum suscipere justum sit; in Aristocratia optimatibus; in Democratia populo. *Petrus Andreas Canonberus Tacit. p. 53. In statu mixto*

mixto vel statibus conjunctim, vel divisim etiam. Exemplis sat abundè res constat. Cum post latam legem Regiam Pop. Rom. omnem suam potestatem Imperatoribus concesserat, cœpit Jus belli gerendi soli Imperatori competere in Repub. Romana, quæ Monarchiam præ se ferebat, ita ut Valentiniani constitutione nulli prosus Imperatore inconsulto atq; inscio quorumlibet armorum copia tribueretur, & lege Julia ille Majestatis lege teneretur, qui injussu Principis bellum gereret. Reges item Israelitarum, Hispanorum, Gallorum, Anglorum jus belli indicendi possident. Hi enim veri Reges sunt, ita ut *Boterus* non vereatur de Anglorum Regibus asserere, ipsos solos maximam negotiorum partem, quæ antea ad Parlâmentû spectabat, decidere. Parlamenta verò, quæ ad moderandos & tanquam freno Regum appetitus coercendos olim instituta erant, nunc convocari, ut Regum autoritatem concilient, coloremq; inducant Regum voluntati. Turbæ hodiernæ nil derogant autoritati Regiæ. Nihil autem huic Regibus debitaë belligerandi potestati demunt juramenta, quæ exsolvunt dicti Reges, dum vel se justitiam ritè administraturos, uti Angliæ & Hispaniæ Reges vel sine publici consilii autoritate se nihil præstituros promittunt, uti Galliæ Reges. Liberæ namq; hæ sunt promissiones & vim coactivam non habent, neq; quidquam inferunt nisi consiliorum magnorum in Hispania vel Parlamentorum in Gallia & Anglia consultiva vota, decisivis penes Reges in solidum manentibus. Cum Saxones olim Aristocratiam representarent, per totos 30. annos, uti *Ritius* meminit (vel per 33. ut vult *Sleidanus*) bellum gesserunt cum Carolo M. Francorum Rege, qui Saxones tandem ad verum Dei cultum compulit. Ipsos verò potestate belligerandi imprimis in causa defensionis instructos fuisse nemo negare potest, nisi summam iis Optimatibus Saxonum potestatem derogare voluerit. Sexcenta Optimatum bella huc proferre possemus, si necessitate compelleremur. Cum populus Romanus ante latam L. R. ejecto Tarquinio potestatem omnem ad se traxisset, jus indicendi iidem habuit. In Romano-Germanico Imperio (quantum historica temporum & gestorum notitia nobis liquere potest) belli of-

belli offensivi susceptionem penes Imperatorem aut status in totum non esse, sed penes Imperatorem & status & præcipue Electores consistere, variis documentis historicis luculentissime probari potest. Defensivum verò bellum divisim tam Imperatori quam Statibus licere, probatu facile est. Nam & inter leges quas Carolo V. Anno 1519. Electores S. R. Imperii præscripserunt, quæq; à Carolo V. Legatis jure jurando ratæ habitæ fuerunt, hæc lex requiritur. Cum vicinis aliisque Regibus pacem & amicitiam colat, neq; pro rebus imperii, nisi de Ordinum omnium præcipue Septemvirorum voluntate, bellum suscipiat ullum intra vel extra limites Imperii: peregrinum quoq; militem nullum in Germaniam adducat, nisi consentientibus illis: quod si autem petatur ipse, vel Imperium, liceat uti quibuscunq; præsiidiis. Confer cum his Reichsabschied zu Worms Anno 1521. §. und drauff haben Wir seq. zu Nürenberg Anno 1522. Hinc & in illis recessibus & aliis antiquioribus constitutionibus & recessibus non tantum in Pacis ruptores poena gravis decreta, verum etiam Imperatori & statibus conjunctim hæc potestas ordinariè concessa. Verustiores quidem Constitutiones abrogarunt illa Civilia levibus de causis inter Principes orta bella, prout apparet aliqua ratione ex *A. B. Caroli IV. §. de diffidationibus, quæ Anno 1356.* restrinxit ea aliquomodo, dum illa non concedit, nisi diffidatio per tres dies naturales ipsi diffidando personaliter vel in loco quo habitare consuevit, publicè fuerit intimata, possitq; de intimatione hujusmodi per testes idoneos fieri plena fides. Recessus Anno 1442. §. Das niemand den andern. Fridericus 3. Imperator paulò arctius illam restrinxit, dum statuit, ne quis damnum alteri inferat, nisi prius ad æquum, justum & usitatum jus citarit. Anno 1495. Rec. Wormatiæ validior extat Maximiliani consensu Ordinum facta abrogatio, & pro pace servanda & contra pacifragos publica decreta. Post Carolum V. tot recessibus Imperii sunt publica decreta & pacis ruptoribus poena indicta uti apparet ex recessu Anno. 1500. 1512. 1526. 1530. 1542. 1544. 1545. 1548. 1551. 1555. 1559. 1564. 1566. 1567. 1570. Quibus cum omnibus si lex illa Carolo V. oblata; cui jungi potest capit. Ferdinandi III. Augusti.

8

Augustissimi hodierni Imperatoris, Anno 1636. instituta Articuli. XI. XII. conferatur) constabit liquido, nec Imperatori in solidum nec Statibus in solidum in causa Imperii licitum esse, offensivum bellum ordinariè, sed conjunctim Imperatori & Statibus hanc licentiam tribui, licet defensivum divisim tam Imperatori quam Statibus (capitul. Ferdinandi III. artic. XI.) conveniat, idq; variis casibus, quos recenset *Dn. Wendler. Pol. p. 635. Confer. Venerandum Dn. D. Jacob. Martini Pol. l. 3. c. 9. p. m. 1060. Adam à Contzen Pol. l. 10. c. 4.* De regno Poloniae constat, quod Rex cum Statibus indicat, siquidem Reges sine certorum Palatinorum assensu nec bellum movere, nec foedera inire, nec tributum indicere, nec quicquam alicujus momenti in Repub. facere aut constituere possunt, teste Cromero de Repub. Polon. (De Principibus Brabantiae simile quid colligere licet ex Althusio Pol. c. 19. §. 46.) Interea & Regibus & Statibus divisim defensiva bella non prohiberi ibidem, manifestum est, cum naturâ & recta ratione defensio sit ubivis licita ac concessa.

Ex his verò omnibus verborum definitionis dilucida mens oriri potest, & liquido simul constat, Omnes Majestatis possessores ordinaria belligerandi instructos esse potestate; eos autem, qui Majestate sunt destituti, minus. *Non igitur 1. solis Regibus* hæc convenit potestas, uti non pauci Politicorum putant, qui hanc in mentem trahunt illa, quæ supra ex constitutionibus Imperatorum post latam L. R. ut & constitutione Valentiniani, & L. Julia sunt producta. Sed frustra, cum illæ constitutiones Aristocratico & Democratico statui potestatem hanc eo ipso non adimant, imò neq; extraordinariam sed ordinariam belligerandi facultatem subditis denegent.

Non 2. soli Populo hæc competit potestas, uti aliqui docent, quam opinionem *Stephano Bruto, Buchananò, Buberio, Hotomanno, Albusio* (dubito an in totum hujus opinionis sint hi auctores; aliud enim de *Bruto, & Albusio* constat) tribuit *Leusbnerus Q. Pol. Dod. 6. Q. 4.* cum de cæteris gubernandis formis idè tot exemplis

§. 5.

§. 6.

exemplis probari possit, ut in ipsa luce cæcutire videatur, qui potestatem iis summam & jus belligerandi denegarit. Præcipuè verò Monarcharum potestas cum ipso mundo incunabula habet, quia principio rerum gentium nationumq; omnium imperium penes Reges erat, teste Justino l. 1. hist. in princip.

§. 7.

Non 3. Clericis, illi enim subsunt in temporalibus superiori Magistratui, hinc belligerandi potestatem possidere nequeunt, & divino & humano jure: utroq; enim jure hæc potestas Magistratui debetur, uti alibi probatur. Clericorum arma sunt lacrymæ, preces, & jejunia, ait *Thomas l. 23. qq. q. 8.* Improbanda itaq; Helvetiorum consuetudo, qui in prima acie Pastores sistebant; aut aliorum, qui cum consolandi & concionandi causa exercitui adsunt, simul bella gerunt, deprædatores agunt, & vix ullum nequitiae genus, quod à nequissimo prædatore peragi posset, à se alienum esse patiuntur. Quicquid etiam hic opponant Scholastici, nihil proficiunt. *Turrecremata ad c. Clerici dist. 50. divino & naturali jure Clericis bellare non esse prohibitum putat. Dominicus de Bannes in secundam secundæ partis Thomæ q. 40. Art. 2. p. m. 1958. l. C. Bellare, inquit, non est prohibitum Clericis jure divino, vel naturali, sed solo jure positivo Ecclesiastico. Idem p. 1957. asserit, Clericos minorum ordinum non peccare, mortaliter bellando, Majorum Ordinum mortaliter peccare, si sine licentia Pontificis bellum gerant. Et pag. seq. Clericus si dominium temporale habeat, potest indicere bellum, idemq; per ducem gerere p. 1961. non tamen ullus Clericus in actuali conflictu vel ante ipsum militibus dicere debet, occidite hostes; licet persuadere possit, ut fortiter se gerant milites p. 1962. potest, si principis autoritate aut licitè bellum gerat, spolia capere ab hostibus p. 1669. Ad: Tannerus. Tom. 3. disp. 2. Theol. schol. Dub. 6. q. 6. sententiam Scholasticorum ex iis exactè collegisse videtur, cujus mens hæc est: Regulariter Clerico non bellandum (ita secundum ipsum Thomam, Molinam, Gratianum, Turrecrem. Valentiam) nisi in quibusdam casibus, uti 1. si constitutus in minoribus beneficium resignet & habitum ac tonsuram dimittat, ex Cavarruvia, Molina. 2. Si Pontifex dispensaverit. 3. Si ne-*

Si ne-

8

Si necessitas imperaverit 4. Si victoriam à qua bonum notabile Ecclesiæ dependeat comparare possit. Sed miscent hi falsa veris. Dijudicent hanc rem alii accuratius ex manifestis scripturæ fontibus. Nos ex supra assignata Philosophica ratione omni ratione Clericis potestatem belligerandi directè denegari, præterquam in extremo necessitatis casu, qui omnes naturaliter ad defensionem incitat, asserimus, exactiorem ex superioribus principiis declarationem superioribus facultatibus committentes. *Vid. Hug. Grot. d. J. B. & P. l. 1. c. 2. circ. fin. & l. 3. c. 5.*

IV. Non subditis adversus Magistratum quemcunq; tam supremum quam intermedium, aut quoscunq; alios licentiosè bellum gerendi competit potestas. Quanta enim aliàs oriretur rerum confusio, si à quorumlibet nutu vindicandi potestas esset sita. Etiam si verò omnes naturaliter ad arcendam à se injuriam jus resistendi habeant, tamen in civili societate jus quoddam majus in nos & nostra concessum est superioribus, ut tranquillitas civium & Reip. salva maneat. Hinc *Aristotelis* illud; Si Magistratum gerens aliquem verberarit, ipse reverberandus non est. *Grotius d. J. B. & P. c. 4. N. 2.* Requirit etiam hanc licentiæ incompetentiam subditorum natura; ipsis namq; jus gladii nullum, sed sola obsequii gloria relicta est, ut ait *Tacit. 6. Annal.* Vetat ac prohibet eam licentiam, superiorum à Deo ipsis imposita Majestas, quæ si legibus soluta est earumq; vi coactivæ non subest, multò minus subditorum, ut plurimum libidinosa subjacere licentiæ debet. Solus Deus Principum Judex est, ut & Magistratum supremorum in Republ. neq; ullus habet quæstionem de illorum operibus, nisi à quo Magistratum est potentia. Unde manifesta lex est: Non maledices Principi Populi tui, *Exod. 22. 28.* Quæ lex ad omnis Reip. superiores commodè trahi potest. De Magistratibus, quod contra istos non sit pugnandum offendendo, nec facilè iis resistendum, ex his clarescit; quæ tamen omnia eousq; defensionem adversus Magistratum prohibent, quousq; illi nihil, quod juri divino vel naturali, legibus fundamentalibus prorsus adversum est, vi præcipiunt. Secus si fiat, consultius videtur esse arma adver-

S. 8.

fus impia & Deo ac naturæ adversa præcipientem induere, quam turpe quid in Deum, naturam aut Rempubl. committere. In reliquis secundum maximam partem valent illa, quæ pro incompetencia juris belligerandi respectu subditorum militant.

§. 9.

Unde gravis hic jure movetur quæstio: *Utrum subditorum illa observantia obliget etiam in gravissimo & certissimo discrimine extra dictos casus posito.* v. c. si apertam exercent Tyrannidem, si tanquam dimotis parietibus, quod de Tiberio meminit *Tacitus 6. Annal.* apertè civitatem evertere conetur, si urbem ipsam ferro flammâq; vastare ac novas sibi sedes quærere decreverit, quod de Nerone fertur; siq; palam denunciarit, se neq; civem neq; Principem senatui amplius fore, imò concluderit secum interemtis electissimis ordinibus aliò migrare, quod de Julio Cæsare *Suetonius c. 49. Aurel. Victor. in Cæsaribus* referunt, si conscientias regere atq; religionem immutare, aut ejus causa subditorum interitum minari studeat R. Quod Magistratus summus extremè iniquus curam Reip. defendendæ & subditos tuendi quodammodo videatur abjicere; quo in casu subditis defensio, uti naturalis, ita & licita videtur esse, his tamen additis cautionibus, si 1. Magistratus nota cuiq; sit sævitia, si 2. illa corrigi nullis sanioribus seu lenioribus remediis possit. Ita Rehabeam Regi in conventu Regni publico *1. Reg. c. 12.* causa cognita *vers. 3. 4. seq.* imperium est ademptum super Israel *vers. 16.* Deo approbante *Pf. 24.* Ita Jehoadach Athaliam, quæ vi adempta erat regnum, deletâ stirpe regia, è qua furtim Joam filium Achazæ ille subriperat, postquam per sex annos præfuerat regimini stipatus ope Centurionum, de solio dejecit & inunxit *Joam. 2. Reg. 11.* Sauli quoq; populus restitit *1. Sam. 14. 45. 46.* Amazias à populo conjurante quoq; occisus legitur. *2. Reg. 14.* de cujus tamen facti jure litem non movemus. Ex prophanis historiis exempla animadvertionum in Tyrannos & libertatis Reipub. oppressores notat. *Valer. Max. l. 6. c. 3.* Christiernus 2. Rex Daniæ ob extremam Tyrannidem pulsus est à Danis, Patruo & Lubecensibus in exilium Anno. 1522. postquam novem annis præfue-

præfuerat Imperio Danico. Post decennium recuperare regnum laborans captus carcere mortuus est, uti refert Historia Regum Daniæ Erici Daniæ Regis. Exempla Gallicorum Regum vid. apud Hottom. de antiquo Jure Reg Gall. c. 7. Ita Confæderati Belgii ordines contra vim & Tyrannidem Hispani se defenderunt, teste Althufio, quod bellum longissimo temporis tractu continuatum esse memoria proditur. Innumera ex omnium regnorum praxi producere possemus exempla, remittimus verò h. l. ad *Tholozan. de Repub. l. 8. c. 1. l. 6. c. 19. l. 22. c. 7. Dane. l. 3. Pol. c. 6. l. 6. c. 3. Althuf. Pol. c. 38. S. 44. 45.* His tamem assertis non negatur, 1. subditis non illicò resistendum, sed antequam resistant, multa patienter esse ferenda & in afflictionibus, quas tolerant, ad unicum Deum respiciendum esse 2. preces ad profligandam tyrannidem & savitiam superiorum necessarias esse 3. Subditis fuga consulendum, si fieri possit. Quid si autem fugiendi præclusa sit occasio, anne martyria subeunda? an collum jugulanti & furioso impunè & sine causa submitteudum. Durissima videtur hæc esse patientia. Defensio itaq; naturaliter & civiliter erga Magistratum licita suscipienda. Ubi in hoc extremo necessitatis casu. 4. Subditis in casu defensionis solas defendentium non offendentium partes suscipiendas & scutum magis, quam gladium quarendum, ut est apud *Livium dec. l. 3.* existimamus. Confer quæ hanc in rem disputantur à *Stephan. Junio. Bruto in Vindic. c. Tyrann. & de Jur. Magist. Barclajo. c. Monarch. l. 3. c. 8. l. 6. c. 23. 24. Althuf. Pol. c. 38. S. 29. 30 seq. usq; 134. Grotio de J. B. & P. l. 1. c. 4. N 6. 7.* Quorum autorum sententiam in tantum recipimus, in quantum nostrâ cum mente conveniunt; fate-mur enim eos in aliquibus, quæ circa hanc controversiam agitantur à nostra hac alienos esse, ut in præcipuis dissensus non adsit.

Hactenus disceptatum, quod subditis contra Magistratum, nisi in extremo necessitatis casu, ac ob prægnantissimas causas bellum gerere non licitum sit, quia subvertunt Magistratum. Adversus externos verò, quomodo se gerere possint & debeant, patet ex his, 1. sine autoritate Magistratus sui iis nullum

De causa
minus
principali
impulsiva
Bellii.

§. II.

lum offensivum bellum esse licitum asserimus, ob prolatam causam. 2. Defensivum licitum esse subditis sine manifesto Magistratus consensu existimamus. 1. si periculum moram ad Magistratum rem deferendi non patiat. Hoc præsidio usus est L. Pinarius Præsidio Ennæ in Sicilia præfectus, cum certò sciret oppidanos defectionem ad Carthagenenses moliri eade in eos factâ Ennam retinuit. 2. Si Magistratus superior vel viribus auxiliatoriis destitutus, aut loci distantia impeditus superpetias non ferat, vel subditorum curam gerere recuset. Siquidem & hic defensio, si vires adsint, naturalis est Confer. *Tanner, Th. Scholast. Tom. 3. d. 3. Q. 6. Dub. 3. §. 30. 31. Cajetan, ad Thom. partis 2. Q. 4. a. 1. Molina disp. 100. 101.*

In Definitione III. notanter dicitur, quod ad injuriam depellendam vel vindicandam Bellum instituat à Magistratu. Quibus verbis inniritur Causa Efficiens minus principalis, nimirum impulsivâ, quâ principalis belli causa sc. Magistratus impellitur ad susceptionem belli; Estq; ea injuria vel depellenda, vel vindicanda. Ex hac causa tanquam fonte plures speciales promanant causæ, veluti rivuli. Proinde hic dispiciendum, quænam legitimæ sint causæ belli. Antequam verò hoc fiat, videntum, quid per depellendam injuriam aut vindicandam intelligatur & quid, prudenter depellere ac vindicare injurias, dici possit. Quoniam verò injuriam hac ratione unicam belli justæ causam esse statuimus, à qua se belligerantes vel defendunt vel eam offensi vindicant, necessum erit, ut prius perspecta reddatur illius, quam hoc in loco nominamus, injuriæ declaratio. Neque enim quævis injuria justæ defensionis aut vindicationis materiam præbere debet. Requiritur enim ducimus; ut injuria, quæ belli causa esse debet, gravis sit, cui tanti belli incommoda meritò postponuntur, uti cædes, rapinæ, depopulationes &c. notante *Victori Relect. de Jure Belli.* Ubi certè probè, si injuria gravis dignosci debeat, perspicendum, utrum vera illa sit injuria, an verò nudus injuriæ prætextus. Nam uti *Polybius c. l.* advertit, causa belli, prætextus & initia differunt *Nichter axiom. Histor. 140.* Et belli causæ occultæ sæpè speciosos habent prætextus, ait *Cominius*

8.

mineus l. 3. c. 1. Et hic expediet Philippum II. Hispaniarum Regem imitari, qui ut asserit *Hieronimus Conestagijs in Histor. de unione Regnorum Lusitania & Castellæ* in bello adversus Lusitanos anxius & scrupulosus fuit, adeò, ut rei examinandæ nullum ferè modum aut finem fecerit: cæterorumq; omnium iudicio prius satisfactum fuerit de illius causæ justitia, quam unius Regis conscientia satisfieri potuerit, *Andreas Philopatos in Resp. ad Edict. Regina Angliæ sect. 2. apud Canonberium in Tacitum p. 53.* Laudabilis quoque extat hanc etiam in rem inter regna Daniæ & Sueciæ transactio Anno 1570. Stetini inter Fridericum Daniæ & Ericum 13. Sueciæ Reges inita in ejus art. 23. edit. Stocholmensis Anno 1611. à *Jobanne Messenio* in latinam linguam translata, cautum est, ne temerè bella suscipiantur de quibusvis causis, verum per senatores Regnorum utrinq; deputatos, vel, si neq; hoc locum (sunt verba transact.) idoneum invenerit, justitiæ administratione posthabitâ pro parte gravata dies indicetur, cui præerunt sex Consiliarij duorum Regnorum sinceri &c. Hi si de finali sententia (quod utrinq; paribus votis & calculis agatur) conspirare non possint, per sequestrem utrinq; Electum res componetur. Quod horum opera autem transactum fuerit, pro rato à Regni utriusq; Regibus habendum veniet, aut subditi à fidelitate præstanda ei absoluti erunt, qui noluerit transactioni subscribere. Hanc procedendi viam approbat transactio inter Christianum IV. Daniæ & Gustavum Adolphum Sueciæ Reges Anno 1613. inita, & secundum hanc Anno 1624. quædam lites adjudicatae ac decisæ. Unde iniquum ferè bellum videtur, quod aut levi de causa suscipitur, quale illud Peloponesiacum toti Græciæ funestum ex tribus meretricibus ortum, uti tradit *Athenus in Dipnosophista*, aut quod per arbitros componi possit, uti sent. *Albericus Gentilis de J. Belli l. 1. c. 3. Contzen. c. l. §. 3.* Sed, ut, ab ovo, quod ajunt, rem spectemus & belli justitiam monstremus sequentia notamus.

Notamus igitur, quod injuria sit, quod non sit jure. *Aristoteles 1. Rhetor. 10. τὸ ἀδίκον τὸ παράνομον καὶ ἀνόμιον 5. Et hic. c. 2. in-*

§. 12.

c. 2. injuriam verò facere sit nocere contra leges. Hoc autem in casu, quo justitia læditur, considerandum aliquid est i. ex parte ejus, qui injuriam facit: potest enim aliquis (α) furenter injuriam inferre: (β) invitè & fortuitò (γ) coactè: quibus videtur ignoscendum, si damnum notabile desit, aut damni notabilis fiat restitutio (δ) ignoranter vel per ignorantiam facti, eamq; invincibilem vel evincibilem, quæ cum prioribus æquali jure fruitur, nisi sit affectata; vel per ignorantiam juris universalis, quæ excusabilis non est, aut particularis quæ etiam veniam meretur ad tempus, non semper nec perpetuò (ε) spontaneè & consultò. Talis injuria appellatur formalis injuria, eaq; inferitur animo injuriandi aliumve commovendi aut lædendi. *Aristote. 1. Rhet. 13. Eth. 5. c. 2. & 11. Thomas 2. 2. Q. 59. a. 2. Argentoratenses in Censuris Orthodox. c. Laterman. p. 195. seq. 2.* Ex parte ejusq; patitur, notandum est (α) quò modum quo injuria inferitur, quod fieri non possit, ut quis veram & formalem injuriam patiatur volens. *Aristot. 6. Ethic. c. 9. Thom. c. l. a. 3.* Eo ipso enim quia pati dicitur, τὸ velle excluditur, quod inferat actionem injuriandi dum circa injurias est. *Vid. Sinapii diff. Eth. p. m. 157.* utut alii contrarium doceant. (β) qua objectum cui injuria inferitur. Vel enim privato injuria inferitur vel Magistratui & huic quidem, i. vel aperta inferitur, uti si sciens volensq; conditiones invadantur, jura imminuantur, &c. vel tacita, verbi causa, si bellum aut aliam infelicem tragediam minerat seu vicinus seu remotior Princeps, conspiret cum hostibus. &c. 2. Vel formalis, cujus exempla jam adjecta, vel materialis, seu publicis commerciis adversando, aut utilitati communio consistendo aliquis Magistratibus vicinis incommodum creare dicitur. Talis materialis injuria quoque inferri dicitur, si fœdus Reipublicæ nocivum sine intentione præter voluntatem & scitum ejus, cui nocere possit, cum aliis ineatur; si meatus atq; remeatus sine gravissima causa, eaque petentis permeatum rationes præponderante, etiamsi nullo nocendi animo, præcludantur: His similia addi possunt.

His ip-

His ipsis breviter animadversis facile apparet, quænam injuria idonea sit, ut ei resisti possit defendendo & vindicando per justum aliquod defensivum aut vindicativum bellum. Mentem nostram sequentibus explicamus assertionibus I. *Injuriam à furente, invito aut coactè, illatam moderati defensorii non vindicatorii belli esse causam existimamus; nisi damnum illà grave illatum fuerit, illatq; restitutio contra omne jus scienter volenterq; denegetur: Hac enim ratione formalis enascitur injuria, quæ vindicanda. II. Omnis formalis injuria justo bello tam defensorio quàm vindicatorio ansam præbet, si notabilis sit; si verò ea levis, dissimulanda potius erit.* Tum verò formalem injuriam inferri diximus si volenter atque scienter vel in Principem vel in jura Principis aut ditiones ac subditos ejus aut confæderatos protectioni Principis subjectos aliosq; affines quoscunque sæviatur; si commodis prohibeatur aliquis, si que ullo alio modo à sciente atque volente damnum nocendi animo conferatur, qualicumque tandem id fiat modo, seu directè seu indirectè, seu mediatè seu immediatè, seu in res Magistratus seu in auctoritatem, religionem, &c. perinde est. Potest autem injuria hæc formalis quæ justis belli offensivi causa est, ad hæc capita redigi. 1. *Vis illata seu in propriam personam seu in cognatam.* Ita vindicatur Legatorum violatio quæ justissima belli causa est uti multis deducit. *Polyb. l. 1. § 2. & exemplo Davidis contra Ammonitas 2. Sam. 10. 1. Paralip. 19.* Tigurinorum contra Gallos ob nuncium interemtum *Guiciard l. 10.* Ita pro confæderatis bella justè suscipi asserit *Arist. in Rhetor. ad Alexandr. c. 37.* inquiens: oportet injuriam passos pro seipsis arma capere aut pro cognatis & beneficis, idemq; sociis injuria afflictis auxiliari. Hic tamen illud Senecæ locum habeat: Succurram perituro, sed ut ipse non peream. Idq; non tantum illo in casu, quo in fædere cautum est, verum etiam quando expressè idem factum non est, fieri debere existimat *Besoldus Diss. de Arte Jurisq; belli c. 5. §. 7.* Ita ob reclusum sine ulla probabili ratione petulanter permeatum offensiva institui bella testantur loca *Num. 21. Deut. 2. Ps. 22. 23. Jud. c. 2. Ps. 19. 20.* Ita Hispani inferunt optimo

C

Jure

Jure justeq; ereptum fuisse regnum Johanni Labretano Navarræ Regi (cujus causam tenet hodiernus Gallia Rex) eò, quod transitum Ferdinando Arragoniæ Regi cum exercitu armato per Navarram contra Gallia Regem tendenti denegasset, uti ex Antonio de Padilla ad l. per agrum N. 20. & seq. C. de servit. & aqua refert Besold. de Jure rerum c. 2. §. 10. qui videatur quo cum confer: Bodinus 1. de Repub. c. 9. p. 188. Thuan. 1. Hist. in princ. Cuneus de Repub. Hebr. l. 2. c. 20. Ita c. fadifragos 1. Reg. 22. 3. seq. illusores fidei 2. Reg. 18. 7. seq. refractarios seu rebelles & perjuros subditos 2. Reg. 17. v. 4. & c. 20. Jud. 20. 2. Sam. 2. c. 30. 20. 6. bella gesta esse memoriæ traditum est. II. Vis illata in res, verbi causa in ditiones, privilegia, commercia. De Indis disquirunt Scholastici, utrum jure illis bellum inferatur, si Christianis negent ad suas provincias liberum accessum & usum portuum ac mercimoniorum. A. Victoria in relectione de Indis & Aosta de procuranda Indorum salute. Negant Tannerus Th. Schol. Tom. 4. d. 2. Q. 6. Dub. 3. N. 34. Molina disput. 105. Affirmativa probabilior est, si necessitas ob notabile aliquod incommodum declinandum idem exigat. III. Vis illata in conscientias, religionem Carpz. c. 4. ad L. R. f. 2. & 6. Sic Constantinus Licinio ob vim in Christianos bellum inferebat ipsumque Oriente ejiciebat omni potestate tam Orientis quam Occidentis ad se tracta. Sleid. l. 2. de 4. Monarch. An v. sola infidelitas aut ut barbari fiant cultiores, justis belli offensivi causa esse possit, quæri hic solet. Neganda videtur quæstio si 1. non adsit speciale aliquod mandatum Dei, quale Israelitis ferebatur à DEO, qui bellum ob idololatriam & idolomaniam gentilibus inferebant. 2. si neque infestando aut in Christianos sæviendo feroces sint V. Thomas 2. 2. Quest. 10. art. 8. 11. Molinaus tom. 2. disp. 10. Marquis de Susan. Tr. de usur. p. 1. c. 14. Waremundus ab Erenberg. l. 1. med. per feder. c. 2. num. 16. Hic quæri potest: An vicinorum incrementis obsistendum bello etiam, non consiliis tantum, si ab illorum potentia accrescente certa Reip. metuenda sit labes. Resp. impediendum quidem esse, ne nimium fiant potentes prout rectè Besold.

sold. 2. syn. Pol. Ingolst. c. 10. § 3. 4. utrum verò illico bellicâ vi occurrendum dubitari meritò possit, nisi necessitas extrema, quæ instar legis est, atque pugnandi feliciter occasio aliud suadeant. Injuria autem formalis, quæ defensivi justî belli causa est itidem his speciebus exhibetur. I. est Tyrannis Magistratus in subditos proprios, de qua thesi hâc actum, aut in alienos. Sic pro alienis etiam subditis defensionem legitimè suscipi Grotius l. 2. de J. B. & P. c. 25. aliq; propugnant quorum tamen assertioni vix citra omnem exceptionem, assentiri consultum videtur, præcipuè si peculiari conventionem cautum fuerit inter Principes, ne alter alterius subditos tueatur, uti simile quid colligere est ex Reichs Abschied Ann. 1529. §. Wir auch Churfürsten haben uns einmühtiglich verglichen/das keiner des andern Untertanen in Schus und Schirm nehmen soll. Similia vide Reichsabschied Ann. 1541. utut neque approbemus Julii Cæsaris effatum, quo tales protectiones aliorum subditorum probroso factionis nomine nuncupavit. II. Subditorum inobedientia & rebellio. Hoc in casu non tantum justè quilibet Magistratus suos cogit subditos suis viribus exemplo Israelitarum Judic. 20. Davidis 2. Sam. 20. Hoseæ Regis Assyrorum. 2. Reg. 17. sed etiam exteros Principes, ut suos & rectius coerceant & intra obsequii terminos contineant, monete & alienos subditos ad obsequium genuino Magistratui præstandum cogere potest. III. In Religionem & conscientias tyrannis ac imperium, quod nemo sine injuria, præter solum Deum, exercere potest. Extat hanc in rem sapientissimum Stephani Regis Poloniae effatum apud Keck. l. 1. Syst. Pol. c. 32. Nolle se dixit conscientias dominari; siquidem Deus solus sibi hæc tria reservavit, creare aliquid ex nihilo, nosse futura, & dominari conscientias. Huc etiam laudatissimæ Pacis Religiosæ constitutiones, Passaviensis in Germania An. 1552. d. 2. Augusti sancita & An. 1554. & 1556. confirmata, in Polonia An. 1573. inita faciunt. Quicquid etiam hic pro Inquisitionis hæreticæ pravitate legitimatione disputent Bannes & alii Jesuitæ, quorum assertiones veræ car-

nifi-

C 2

nificinæ sunt. III. *Injuria materialis seu rationaliter presumpta aliquando etiam justo bello maximè defensivo ansam præbet; Ut si ad fines Imperii vicinus locum muniat, quo abuti valeat, præcipuè si magis offensionem, quam ejus territorii, in quo, situs est locus iste, defensionem præfagiat; cujus generis esse fertur propugnaculum Venetum, Palma, imminens Provinciis Austriacæ Domus, prout refert Besoldus 2. Synops. Pol. Jngolst. c.10. §.6. Si copias conscribat is, cujus fides suspecta est; si cum inimicis, utut sui tantum commodi causa non inferendi alteri incommodi gratia, fædas pangat, siq; alia, citra nocendi actum, ad actualem intentionem, vel citra omnem intentionem quoque aliquando faciat, quæ præjudicio esse valeant alteri Reipub. V. Tanner. c. l. N. 34. Vazquez. ad 1. 2. disp. 100. N. 7. Molina. disp. 102.*

§. 14. Ex his verò omnibus patet, quænam justa belli esse causa possit, injustas faciliè ex opposito quivis judicat, qui pleniorum harum dinumerationem desiderat Videat Conzen Pol. l. 10. c. 6. §. 1. Jacob. Martini Pol. l. 3. c. 10 §. 12. seq. Ubi tamen illud quæ injustas adjicimus; pro justis non haberi, quæ necessitate nulla suadente, sed purè ob utilitatem suscipiuntur nonnunquam. Exulet hic *Macchiavellicum* illud, quod prodit in *Principe p. m. 148. 149.* Bellum justum, quod utile, cujus refutatio extat apud *Antimach. l. 3. Theor. 1.* Neque illa bella pro justis habemus, quæ injustæ causæ cum sint innixa, ignorantiam probabilem loco vel amnis agnoscunt, quæ tamen non nisi affectata esse potest, quia contra jus naturale & divinum fertur. Proptereaq; bella Moabitarum, Cananæorum, Amorrhæorumq; contra Israelitas, Turcarum contra Christianos justificare neutiquam possumus V. *Abulensis in c. 2. Josue Albericus Gentilis l. 1. d. 7. B. c. 6. Conf. Arnif. Relect. Pol. l. 1. c. 3. §. 5. N. 55. 58. Sotus 5. de Just. & Jur. Q. 1. art. 7. Victoria Rel. d. 7. B. N. 32. Werdenhagen d. Civ. Hanseaticis Tract. Gener. 1. c. 7. ad fin. & c. 8.*

§. 15. Disquirere verò utrum bellum vel divino vel naturali aut Gentium jure licitum sit hominibus præcipuè Christianis

nis supervacaneum esse duco. Ut ut enim antiquitus multa à S. Patribus contra bella fuerunt disputata, quæ collegit. *Dn. D. Derschius in dedic. præfix. Artic. Theol. contra Ernestum de Eusebiis & ab Anabaptistis hodie hanc in rem disputationes instituantur, dubitamus tamen, utrum veritati jam satis quoad hoc punctum è suis fontibus eductæ ullum amplius possit suboriri obstaculum. Vide qua disputantur hanc in rem à Chemnit. p. 2. L. L. C. C. de Vindictâ Hutter, L. L. C. C. p. 360. Gerbaræ, dec. 7. Q. 1. Pol. & Loc. de Magistr. S. 289. 270. seq. Besoldo de Arte & J. B. c. 5. S. 12. Conzen. c. l. c. 3. Jacob. Mart. l. 3. Pol. c. 9. p. 1051. seq. Bodin. s. de Re-pub. c. aliisq.*

IV. In Definitione fit mentio causæ Efficientis Instru-
 mentalis dum dicitur quod vi & armis expediatur. Per *§. 16. De Instru-
 mentali*
 vim & arma intelliguntur. i. Omnes qui militant de quibus *causa Bel-*
 Vid. *Konig. Theatr. Pol. p. 3. c. 5. Besold. c. l. c. 17. Conzen c. l. li.*
c. 21. N. 31. Notari hic solent quædam requisita Ducum &
 militum cæterorum. In Duce requiritur. 1. Peritia mili-
 taris 2. Virtus. 3. Providentia. 4. Auctoritas. 5. Fortuna.
Conzen 10. Pol. c. 22. Avenar. Col. Pol. d. 14. th. 10. Konig. c. l. c. 11.
Schonborn. Pol. l. 6. c. 11. 12. usque ad 17. Keckerm. 1. Pol. c. 30.
 De hoc etiam specialis hæc advertitur nota, quod in Duce
 belli eligendo tam peritia rei militaris, quam virtus specta-
 ri debeat. Conf. *Arist. 5. Pol. c. 9. Lips. l. 5. Pol. 14. c. fin. Cic.*
pro leg. Man. De Militibus cæteris sequentia notantur i. in
Defensorio bello miles eligatur domesticus non extraneus Gerhard.
Dec. 7. q. Pol. Q. 3. Tholos. 2. de Repub. c. 3 N. 6. 2. Peditum,
quorum maximus est usus extra prælia seu pugnam, Equitum
 verò, quorum in pugna major usus est, ac necessitas (uti
 rectè docent *Macchiav. 2. de Repub. disp. 18. Keckerm. Curs. Phil.*
disp. 35. Q. 9. Timpl. 4. Pol. q. 12. c. 10. Besold. c. l. S. 12. distinctis
 in casibus distincta & utrorumque præcipua habenda est cu-
 ra. De nominibus officialium. Vid. *Conzen c. l. c. 37. 39. 40.*



II. Pecunia quæ nervus est belli & spiritus ejus vitalis, ut notat *Lipsius 5. Pol. 6. Arnif. 1. Pol. c. 16. Alb. c. 34. Pol. 39. Thol. cl. c. 2. N. 1. Koning par. 3. Pol. c. 5. N. 7.* III. *Commeatus*: sine hoc enim exercitus nihil præstare valet. IV. *Munitiones*, quæ tam in defensoriis quam in offensoriis versantibus multum præbent emolumentum. Unde & (nisi aliud quid Status Reipub. requirat, uti hoc fieri videtur in Dania, Polonia,) tutissimum est habere civitatem propugnaculis, fossis, vallibus, mœnibus prævisam, uti disputatur à Politicis *Timpl. l. 1. Pol. c. 6. q. 6. Jacob. Mart. Pol. l. 1. c. 7. Antima. l. 3. th. 33. Bodin. l. 5. de Rep. c. 5. Dietericus in disp. de mun. & propugn. n. 1.* V. *Arma* quæ vel majora vel minora vel navali prælio vel terrestri apta &c. vid. *Besold. c. 1. c. 3.* (Qui & de origine *Bombardarum*, quæ longè antiquior est, quam ut à Berchtholdo Monacho tanquam primo authore derivari possit, discursum annexit) *Koning. Th. Pol. p. 3. c. 5. S. 27. seq. Conzen 10. Pol. c. 15. 16. 17. 18. 19. Veget. l. 4. de milit. c. 13. usq. ad 18. Schonb. Pol. l. 6. c. 8. 9. aliosq.* De armis & instrumentis ad navale prælium olim requisitis V. *Lazarus Baysius de re navali in pr. & seq.*

S. 17. *De Obje- to belli.* Objectum quod exprimitur in definitione sunt hostes, olim dicti *perduelles*. Sunt hi quibuscum bella gerimus. Etiam si autem vulgò *latrones*, *deprædatores*, *rebelles*, *seditiones* potius pro delinquentibus, quàm pro rigidè dictis habeantur hostibus, cum requiratur in hoste ut bellandi habeat potestatem; tamen hoc in loco vocabulo hoc latè utentes illos nos non excludimus. Si quidem bellum magis à suscipiente & modo suscipiendi, quam objecto reputandum esse videtur. Q. An hostem domi expectare tutius sit quam foris aggredi. Resp. Multa hac de quaestione disputantur dubia palma, aliis suadentibus hostem foris esse invadendum, quod faciunt *Machiav. 2. de Repub. c. 2. Bodin. 5. de Rep. 5. Richter Axiom. Pol. 223. alii domi expectandum judicantibus*, uti patet ex *Melchiore Junio Q. Pol. 73. aliisque*. Utriusque partis rationes collegit *Avenarius. Disp. 14. Pol.*

14. Pol. lib. 17. Hic autem videtur verissimum illud esse, longe aliter hæc evenire in praxi atque ex rationibus ab Avenario collectis dijudicantur. Ut probabiliter hic aliquid dicamus, nostra est assertio. Foris bella gerere tutissimum esse, si 1. domi nullum metuendum aliud malum. 2. si munitio- nibus & præfidiariis militibus probè sit instructa domus 3. si liber pateat reditus domum. 4. si vires hostis in suo territo- rio vel per extrinsecus adductum militem vel per seditiones concitatas aut aliam injusto bello non iniquam rationem frangere certò possimus. Confer quæ hanc in rem disputat *Contzen d. c. 44. Kecker. Curs. d. 35. Q. 13.*

VI. Modus legitimè bellum suscipiendi & prudenter ad- ministrandi ad bellum requiritur etiam, ut liquet ex defin. *De modo §. 18*
Ut autem prudenter geratur & administretur requiritur 1. cir- De modo
cumspectio belligerantis cujus est 1. tam in defensivo quam bellige-
 in offensivo, priusquam bellum aggrediatur, causâ pro- randi.
 bê perspectâ tentare pacis viam, in ipso verò belli actu tam in initio quàm medio & fine pacem intendere. 2. *Fideles peritosque Duces statuere & per illos, nisi aliud necessitas suadeat, bellum gerere. Bodin 5. de Repub. c. 5. num 571. Lipsius 6. Pol. c. 14. Tholoz. de Repub. l. 11. c. 4. N. 5. Mariana de Rege l. 3. c. 6. Gerhard. Q. Pol. dec. 7. Q. 4. 3. Exercitatos quoque in arenam producere milites.* Neque enim pro robustis imbecilles senes aut pueri, pro animosis timidi, pro exercitatis tyrones ad prælia producendi. Vid. *Gerhard. c. 1. Q. 2.* Huc lustratio haud parum faciet, qua explorantur vires, mores & arma militum, inepti hoc in actu excluduntur: iis verò qui apti sunt ad mili- tiam olim latus zona cingebatur appenso gladio, hodie rece- pti & hi asservantur. Egregia in regno Sueciæ qua lustratio- nem consuetudo videatur apud *Buræum de stat. Polit. Regni Suec. l. 2. cap. 10. 11. seq. passim &c. 4. Militum fidem sibi astrin- gere juramento corporali sub certa forma concepto, quo ju- rant, Imperatori se gesturos morem nec fugam captaturos, nec mortem detrectaturos, articulosque militares strenuè observaturos. Veget. l. 2. c. 5. Keckerm. syst. Pol. p. m. 457. 458. Militum Atheniensium juramentum vid. apud Ko- ning*

ning Theatr. Pol. p. 3. cap. 5. Num. 105. Juramentum hoc olim pollicibus elevatis factum esse & strictis gladiis cervicibus admotis notat *Livius l. 2. & 5. Dec. 3. & l. 7. d. 5.* Jurabant autem in nomen & salutem Principis.

§. 19.

Unde & Nero quærit à milite, cur oblitus sacramenti perditum ire voluerit, in cujus salutem juraverat. *Tacitus 18. Annal. Ut legitime bellum geratur & administratur* requiruntur. 1. *persona potestate belli gerendi prædita* 2. *Justa belli causa;* de quibus supra 3. *optima belligerandi intentio,* quæ à tranquillitate publica, honestate, pietate, non ab utilitate, aut injusta regnandi libidine denominari debet. 4. *legitimus modus.* Hic requiritur, ut 1. *in principio fiat Clarigatio & diffidatio.* quæ necessaria est 1. in bello non defensivo sed offensivo *Kecker. Pol. p. 450.* & hujus in principio non post pactas & jam peractas inducias; non in auxiliari bello, quando confederatis auxilia ferimus, nisi & is fæderatus sit, contra quem alii confederato auxilia mittimus *Besold. d. J. B. c. 5. §. 4.* Necessitas hujus Clarigationis consuetudine Gentium plerarumque adstruitur commode, unde & à gentibus cultioribus, bello non indicto imparatum aggredi, latronum esse, non justorum hostium reputatur. Clarigationem subsequitur diffidatio *Absagung.* Circa hanc Clarigationem observari possunt. 1. *Tempus Clarigationis & diffidationis.* Apud Romanos inter clarigationem & hostilitates intercedebat triginta & trium dierum spatium *Liv. l. 1.* etiamsi ab his etiam peccatum fuerit, dum tertium bellum Punicum momento indictum & illatum gesserunt teste *Appiano in Libycis.* Florentini peculiarem campanam, Martinellæ titulo celebrem sumserunt, quæ integrum mensem priusquam exercitus in hostem duceretur pulsata, & Imperatoria constitutio *Caroli IV. in A. B. §. 17.* requirit trium dierum naturalium spatium inter diffidationem & hostilem aggressionem. 2. *Ortus clarigationum de quibus vid. Gell. l. 16. c. 4. Alex. ab Alex. genial. dier. l. 5. c. 3. Liv. l. 1. dec. 1.* 3. *Instrumenta Clarigationum qualia sunt.* 1. *Heroldus seu*

8.

fecialis qui talis appellatur, quia in fecialium numerum successisse putatur, licet inter feciales antiquorum & hodiernorum temporum magna differentia sit. Illi enim erant Judices fæderum, legationis, pacis belli, induciarum; hi autem sunt ministri, qui à Magistratu mittuntur ad denunciandum bellum. Heroldus hic quando officio suo defungitur amiculo serico & bombycino induitur, in quo & à fronte & à tergo insignia Domini sui depicta sunt: in manu candidum gerit bacillum: præcedit eum equestris Tubicen, qui tubæ sonitu silentium imperat, quo facto id quod jussus clara voce effatur ex *Obrecht. de caus. B. 8. 214. König. c. l. c. 2. N. 21. 2.* literæ feciales. Exempla harum vide ex *Sleidano ad A. 1546.* Protestantium ad Carolum Cæsarem l. 17. Ferdinandi Regis Roman. & Mauritii Electoris Saxon. ad Albertum Brandeb. Anno 1553. *Seleid. l. 25.* Hæ literæ per puerum mittuntur. §. 19. 2. *Ut legitime bellum geratur* requiritur ut caveant militantes ne in ipsam naturam matrem imò Deum plusquam beluino more sevant. (1.) deprædando nimium, ubi tamen prædas non esse illicitas vel in hostium territoriis vel in propriis, si necessitas eas exigat & ultrò largimur; cum hoc in casu publica utilitas privatæ postponenda veniat, uti probat *Fib. semid. Elect. 7. Pub. 4. Q. 3.* Sed modum prædis esse figendum asserimus Vid. hanc in rem peculiarem tractatum *Jacobi Stypmanni de præda bellica.* Præcipuè verò uti in necessitatis casu seu propter notabile commodum prædæ conceduntur tam in hostium quam propriis territoriis, ita laudabilis est à prædis abstinencia, quæ nullis causis urgentibus adhibetur. Talem laudat in Stephano Bathoreo, cum Danticum obsideret Keckerm. *syst. Pol. l. 1. c. 30.* in Philippo Hassiæ Landgravio cum in restituendo Wurtembergensi occupatus munitissima loca recuperaret *Chytr. l. 14. Saxon. p. 353.* Hoc namq; in casu injustum quid est præda & furti naturam inducit, si à defensoribus in proprio vel alieno territorio fiat, licet si offensores in alienis id agant, aliter sit judicandum. *Conf Jos. c. 8. v. 19. G. 24. 1. Sam. 15. Ps. 2. G. 3.* (2.) *Trucidando nimium* vel adultos vel infantes cum primis, uti mulieres, infantes. Neq; enim omnes semper etiam nocentes occidere licet *Tanner.*

D

disp. 2.



diff. 2. Tann. 3. Theol. scol. q. 6. N. 57. multò minus insontes. Vid. Idem ibidem. N. 64. 65. Videndum enim ne actio hostilis in ipsam vertatur truculentiam & immanem crudelitatem 3. Dolosè agendo h. e. fidem datam frangendo. &c. Non verò quivis dolus illicitus est sed ille tantum qui cum pietate, honestate & naturali jure pugnat. Vid. Gerbard. Q. Q. d. 7. Q. 5. Besold. synops. J. l. 2. c. 12. §. 23. 24. 30. Keckerm. c. l. & curs. Philos. disp. 24. Q. 20. Grotius de J. B. & P. l. 3 c. 1. N. 6, Confer Exempla Jos. 8. 2. 2. 20. §. 23. Jud. 20.

§. 20.
De fine
belli.

VII. Ultima definitionis verba à fine desumta sunt. Pax vel retinenda vel recuperanda ob Reipub. salutem, finis locum meritò obtinet. Primarius igitur finis est, Reipub. salus: secundarius pax retinenda vel consequenda. Assequimur vel retinemus pacem, ut Reipub. bene sit. Tunc autem Reipubl. maximè benè est, si pax justo bello parata & æqua non cum Reipubl. detrimento sed notabili incremento est conjuncta.

Tb. II. Explicite Belli definitione divisiones quedam brevibus sunt proponende, Quæ variant uti ex subsequentibus patebit.

Prima est: *Bellum est vel justum* de quo per totam Thesin quartam actum vel *injustum*. Hæc divisio est æquivoci in æquivocata, siquidem injustum bellum potius latrocinium quam bellum nuncupandum. 2. *à fine*, bellum aliud est, defensorium aliud offensivum. 3. *ab Adjunctis est* vel Civile seu intestinum, quod Magistratus vel propter defensionem sui vel justam offensionem contra subditos gerit, aut subditi ob sui suorumq; jurium justam defensionem contra Magistratum gerunt, vel extraneum. 4. *à Personis* belligerantibus bellum est vel *Publicum* vel *Privatum*. Publicum est, quod publica Magistratus autoritate geritur sive in subditos seu externos. Hocq; iterum vel est *solemne* quod à Magistratu summo contra alium Magistratum summum adhibitis omnibus ad id requisitis ritibus de quibus jam ante actum circa *θ. 4. S.* peragitur. Vel *minus solemne* quod sine supra nominatis ritibus aut etiam privatis infertur. *Privatum* est quod à privatis geritur. Addit Hug. Grot. d. J. B. & P. l. 1. c. 3. §. 1. *Mixtum* quod una ex parte est publicum & altera *privatum*

8.
vatum. Verum non satis liquet, quo jure hæc tertia species as-
feratur. Siquidem si objectum hæc species concernat, vel ad
publicum minus solenne, vel ad privatum spectat. Si potesta-
te belligerandi, certè, si illa Magistratum sit, publica est, in
quo vis Reipub. statu etiam mixto; si autem subditorum, ubi
vis illa privata est potestas. Tertia igitur species non est, mix-
tum illud bellum. *Q. An bella, quæ à Magistratibus minoribus ge-
runtur, sint publica an privata. R.* si lege à Magistratu summo in
causa defensionis Reipub. permessa sint, aut manifestâ Magi-
stratus summi non concessione tantum, sed & jussu gerantur,
publica esse omninò; sin minus privata. Unde iterum non nu-
dam concessionem Magistratus tale bellum publicum nuncu-
pare, sed cum primis vel scriptum vel non scriptum summi Ma-
gistratus jussum asserimus. *Conf. Grotius c. l. §. 5. 5. à causis* Bellum
aliud est *profanum* quod ob civilem causam instituitur, aliud
religiosum quod religionis defendendæ causa geritur. Hujus
generis sunt bellum Peloponesiacum, Bellum, quod hodie fi-
nitum, Belgicum &c. Hæc & maximè diuturna esse & truculen-
tissima satis testantur secula hæc posteriora. Testatur id Gal-
lia, in qua ab Anno 1562. usq; ad 84. 14000. hominum variis
suppliciis ob religionem sunt confecta, & ut refert *Ciccatella*
Continuator Platinae in vita Gregorii XIII. legatus Regis Gallia
Pontifici Romano retulit, quod post mortem Ameralii 7000.
hæretici annis 14. in gratiam Pontificis trucidati. Testatur &
Belgia, in qua Dux Albanus per paucos annos illos, quibus præ-
fuit, 18000. & 60. homines miserabilibus modis trucidavit,
tum palam, tum clanculum. Testatur idem tot funestissimis
cædibus exusta & quotidianis frequentissima ad extremam ne-
cessitatem ac cineres usq; Germania.

*Th. III. Oppositum Belli est bellum injustum, cujus 1. auto-
res potestate destituuntur 2. cause sunt illegitimæ, uti ambitio,
religio in offensivo bello &c. 3. intentio mala est. 4. modus
iniquus: sed horum declaracionem ex opposito ex 0. 4. colli-
gere quivis potest.*

Alias injustum bellum triplex vulgò censetur. 1. *Præsum-
tiosum* quod subditi movent adversus Magistratum suum 2. *Te-
merarium*

merarium quod contra auctoritatē juris à quocunq; instituitur 3. Volūtariū quod quis sine ulla data legitima causa alicui indicit.

Tb. IV. Cognata belli sunt omnis generis Discordia quae inter belligerantes occurrunt, quo etiam actus praeliandi, pugnandi referuntur. Ad illa etiam commodē refertur Duellum. Est autem duellum quasi duorum bellum.

Duellorum distinctio varia est. Dividitur enim 1. in *Monomachiam*, in qua duo soli concertant & *Polymachiam* in qua plures utrinq; certant. Monomachia iterum varia est. 1. est judicialis, quae olim concedebatur in iudicio inter actorem, qui suam causam planē probare non poterat & reum, quae in Gallis olim fuit consueta. Exempl. vid. apud *Frosbard. l. 3. Hist. inpr.* in Dania à Frontone lege iussa fuit & in Moscovia usitata referente *Bodino. 4. de Repub. c. ult.* & aliis populis duella hae fuisse in usu & ab Imp. Friderico duobus casibus concessa esse notat *Dn. D. Jacob. Martini l. 3. pol. c. 25. 2.* Est *extra judicialis* quae extra iudicis auctoritatem suscipitur, vel *ob utilitatem publicam & pacem consequendam*, qualis erat Monomachia inter Davidem & Goliathum, qualis etiam laudatur in Horatiis & Curiatis Rom. Conf. qualis etiam olim inter Vandalos & Alemannos intercescit, pueris duobus duello commissis, ne horrenda multitudini clades inferretur. Succubuerunt autem tunc Vandali, pueri ipsorum interfecto. *Gregor. Turon. l. 2. Hist. Franc. c. 2.* Vel *ob privatam utilitatem* Vid. *Jacob. Martini ad 2. tot. à 27. usq; ad c. 33. River. explic. Decalogi. p. 306. Aces. mass. Confect. 5. c. 23. Siebenhal. Exer 14. c. 3. Q. 4.* Utrum verò illa licita sint, si quærat, tunc certè de Judicialibus publicis, si temerariò & præposterè, uti apud Vandalos suscipiantur (excipimus torneamentaria duella & ea quae necessariae defensionis innixa sunt) negativam tunc esse ducimus: iniquum est justitiam & optimam causam caecae committere sorti. Unde & citra ullam ignominiam aut timiditatis suspensionem Dux belli aut Princeps ad duellum ab hoste provocatus idem recusare potest exemplo Marii qui cum Teudo ipsum provocavit, respondit: si cupidus mortis esset, laqueo eum vitam finire posse. *Front. l. 4. strat. c. 7.*

Tb. V.

Th. V. *Effecta belli eveniunt vel extra belligerantium* Effecta
belli
intentionem uti 1. excidia & labe sua Reipub. 2. captivitas.
3. servitus ex captivitate, 4. Mors & si quæ alia sunt incom-
moda vel secundum belligerantium intentionem qualia
sunt. 1. Victoria. 2. Belli omnigena præmia, uti honores, di-
vitæ, Regiones &c. 3. Pax.

De captivitate & ejus jure vid. Schonb. Pol. c. l. c. 34. Jacob.
Mart. l. 3. Pol. c. 22. p. m. 1232. Alb. Pol. c. 36. N. 42. 53. Servitutem
quod attinet, illa veteribus durior ex captivitate erat vid. Arnif.
Rel. pol. l. 1. c. 3. f. 5. Exempla patent quoq; Nebem. 5. 1. Macc. 9. 13.
Jof. 9. Hodie lytro certo captivi permutantur Gentil. l. 2. de J. B.
c. 15. nisi quod apud Barbaros adhuc illicita & truculentissima ser-
vitus, in quam Christianos ducunt, in usu est, quæ meritò jure
talionis à Christianis captivis Barbaris imponitur. De Victoria
& jure ejus observari solent sequentia. Victor. cautè, leniter & mo-
destè, seriò tamen, utatur Victoria Contzen c. l. c. 61. Jacob. Martini
c. l. c. 21. Lips. 5. Pol. I. c. 18. Detestanda proinde est Alexandri M.
crudelitas & tumor ex victoriâ, qui duo millia Tyrriorum, in-
quit Curtius 5. Hist. c. 4- in quibus occidendi defecerat rabies, cru-
cibus affixos per ingens littoris spatium suspendi passus est. Si-
milia vid. apud Val. Max. l. 9. c. 2. II. Victoris in potestate sunt
victi. V. Arnif. c. l. N. 63. 64. 66. nihilominus tamen ipsorum con-
servationem suadet æquitas Illustrant. Moderationem & Cle-
mentiam. Ducum exempla Conf. 2. Paralip. 28. Pf. 8. & exemplum
Scipionis Africani cujus hac in parte laudatur moderatio V. Liv.
l. 26. Nisi tamen (1) salus publica aliud suadeat 1. Reg. 20. 36. 42. Neb.
c. 9. nisi (2) justa alia occidendi subfit causa. Sic David captivos in-
terfecit 2. Sam. 8. Judic. c. 20. 21. III. Victoriæ comites sint trophæa,
triumphi, orationes, de quibus Gellius l. 5. c. 6. Romanis in usu
erant coronæ, Triumphalis, obsidionalis, Civica, Muralis, Ca-
strensis, Navalis, Oralis, V. Gell. c. l. De his & similibus plurimis
N. Rosin. Ant. Rom. l. 10. c. 26. usq; 30. Jac. Mart. c. l.

Pax autem & finis & effectus belli est. Finis belli pax est ait
Aristot. 7. Po. 15. & Propterea bellum geritur ut in pace iterum de-
gatur 10. Eth. c. 7. De hac quædam seq. th.

D 3

Th. VI. Pax

Th. VI. Pax est rerum humanarum in civitate tranquillitas. Dividitur autem variis modis ferè, ut Bellum.

Est 1. Justa quæ legitimè est conclusa vel injusta. 2. Vel est publica vel privata. 3. Vel civilis vel Extranea. 4. Profana vel Religiosa. De hac quæritur *utrum asserenda*. Sed quidni asserenda? quis enim non conscientiarum tranquillitatem assereret? quis non coactionem conscientis inferendam esse negaret: quis non turbatis conscientis sincerâ pace subveniendû esse doceret? Magis ardua quæstio de iis, quæ Pacificationes Religiosas in specie, concernant uti eam quæ in Rom. Germ. Imperio Anno 1555 & c. de qua hodie multæ agitantur lites de quibus V. *Anticr. Dorschei*, aut eam, quæ in Lithuania & Polonia inita, cujus formula V. apud *Dorsch. p. 249.* concernunt. Specialia illa J. P. Auctoribus committimus. De omni justa pace ineunda sequentes observari possunt notæ 1. *Pax per pacificationem, quam vel imponit Necessitas vel libera alterutrius aut utriusq; partis cessio initur.* 2. *Pacem precedant inducia, quæ sunt bellî feriæ & hæ datis obsidibus aut alia sufficienti cautione serventur, ne pacificationi difficultas suboriri possit ex odio adversus victores suborto, quæ sæpè irreconciliabile excitat dissidium.* 3. *Pacem contrahentes ab insidiis semper sedulò sibi caveant.* Sæpè enim pacis simulatio aut induciarum hosti majori sunt subsidio, quam arma Veget. l. 3. c. 3. *Wassenb. in gestis Uladislai IV. Regis Pol. part. 1. l. 2. p. 74. 75.* 4. *In Pacificationis actu Principes ut arceant à consiliis, sedulò dent operam, ne fetvore & zelo quandoq; justo suborto transactio corruat.* 5. *Pax ineatur* (1) *tuta & secuta* (2) *Reipub. quantum fieri potest, conservativa & amplificativa.* (3) *simplex & candida.* Hæc de Pace etiam brevissimis. Plura de hac agendi occasio dabitur ad doctrinam de Fæderibus.

Th. VII. Hoc, quod tractavimus Justum bellum & optimè initam pacem, qualem quidem adumbravimus, esse legitima Conservationi & Amplificationi Rerumpub. inservientia media statuimus.

Quicquid etiam hic ambigant, qui fines bello dilatare injustum esse putant. Certè si justa actio bellum est, si virtuosa & præmiis tantis atq; non nisi laudabilibus effectibus prædita justè bello dila-

lo dila-

74
8.
lo dilatantur. Si licet bello salutem publicam, quidni etiam amplificare. De injustis bellis intelligenda sunt, quæ hic referuntur apud *Halicarn. de Antiq. Rom. l. 8. Tholoz. 11. de Repub, c. 1. N. 9. Patri. 9. de Repub. inst. c. 1. Lips. 5. Pol. c. 3. Casum 7. Spar. Civ. c. 2. Avenar. Q. Q. Nomico. Pol. 103.* De quibus id ultrò largimur. Unde non approbamus Alexandri M. Cæsaris aliorumq; bella, quæ cupiditate regnandi illata sunt. Nec approbamus eorum sententiam qui Imperatoris Augustissimum titulum, *zu allen Zeiten Mehrer des Reichs*, ad injusta & ambitiosa bella trahunt, qui de justis intelligitur à sanioribus dignitati Imperatoriae benè cupientibus. *Carpz. ad L. Reg. c. 4. sect. 5.* Improbamus etiam iniquissimas imò sceleratas ferè Campanellæ machinationes in Monarchia Hispanica, quas per totum librum sparsit, quibus machinatur injusto bello regnandi cupiditate suscepto omnium cæterarum Rerumpub. decrementa, Hispaniæ incrementa. De pace quod commodum sit conservationis & Amplificationis remedium, nemo dubitare potest. Hæc de Bello & Pace brevissimis, quantum licuit. *Tantum.*

Ad Nobilissimum Juvenem,

THOMAM GROTTÉ,

Convictorem suum

DE BELLO AC PACE

disputantem.

Quæ pacem stabilire domi, quæ reddere justa
Arma foris bellumque queant; tum si qua videntur
Hic nondum fundata satis, certisq; refixa
Ponderibus, tractare tibi atque exquirere GROTI
Ex merito curæ est. Nam te sublimior ardor
Incitat egregiam vertens ad publica mentem,
Quò generis simul altus honor te ducit, & illæ,
Quas sibi nobilitas cum primis vindicat, artes
Infinuant suadentque tibi. Decora altera vulgus
Plebejasque decent animas: quos clarior ortus
Protulit, hæc propria est laurus, ut bella gubernent,
Tutenturq; armis patriam simul ingruit hostis;
Aut magnâ servant pacis ratione quietem.

1 bona

I bone, & Aoniam lætus conscende cathedram,
 Quæque olim tractare juvet, jam disce sub ipso
 Flore ævi: clarus manet hoc te ex Marte triumphus,
 Et non obscuræ felicia præmia palmæ.

Augustus Buchnerus.

Magnos magna decent, generis tu nomine Magnus,
 Nil exile petis, præceptis quod turba Tribuni,
 ardua sed rerum generoso pectore quæris
 culmina, quæ constans tunc, papilione sub uno
 Palladis ingenuas cum grassaremur ad artes,
 cura fuit: nec adhuc eadem Te cura reliquit
 Helluo librorum, magna sed mente revolvis
 Magna subinde, gravi de re dum thesauri prodis:
 Nempe quibus mediis labens Respublica possit,
 quæ sit cunq; rei facies, perstare vigori.
 Illa salutaris Bellonæ motibus atræ
 Optatam facile pariet doctrina medelam,
 Laudem Magne tibi, sis major, Maximus olim.

M. Hieronymus Depfui/Rigenfis Livonus.

TE quoque Progenies Divum, quos celsior astris
 Asseruit virtus, GROTE, haud ignobilis ardor,
 Dædalix accendit mentis; jam jamque futuræ
 Omne felici, speratæ munera pacis
 Edocet, & Martem juxta & didicisse Parentem,
 Ille per Arctos, dum septem effusa trione,
 Tempestas ivit campos, victricibus armis
 Bella movet, quaque hostili rate floruit æquor,
 Imminet excelsus; tum pacem exposcere terris
 Festinat pridem. Tu ramo Palladis ultro
 Velatus pia templa subis, lætusque Cathedræ,
 Ingentes ferro Leges, & jura togato,
 Vulnera quæis coeant, reddis feliciter orbi.

Heic tibi nos pulchrè jam pugna & pulvere functo
 Surgimus his studiis, Patriæ plaususque volanti
 Præmia Spondemus; Tibi dum contenta quiete
 Pax bellumque silent. Neque enim magis usque Parentem
 Æmule Tu referas; & tam durante labore
 Vel GROTI suppar vives per Secula famæ.

Nicolaus à Gersdorff. Nob. Luf.

*de Linda
 Siberii principatus reformandi curam.*


ULB Halle
002 684 632


3



Vd 17







B.I.G.

Farbkarte #13

1370.

7 M 8.7

1648

C. D. E. A. C.

DISSERTATIO POLITICA

Dr. JOHANNI GROTE

BELLO ET PACE

QUAM

DUCE ATQUE AUSPICE SUMMO BEL-

LI PACISQUE MODERATORE, DEO,

SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI

M. CONRADI Zewenfeldt

DANTISCANI FAC. PHILOSOPH,

ADJUNCTI

Publicæ Disquisitioni exhibet

THOMAS GROTE

NOB. LUNEB.

Ad d. XXIII. Mens. August.

DE BELVLT. C. D. C. XLVII.

Horis Antemeridianis

IN AUDITORIO VETERI

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS ROHNERI, Acad. Typogr.

